



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Custos acerrimus paupertatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

cerdote, &c, quod maximi instar thesauri fuit, insi-  
gnibus reliquiis Polycarpi, Sixti & aliorum San-  
ctorum benigne donatis, prosecuti sunt. Pecunię  
etiam numerum satis magnum sepius obtrusere;  
& tandem post certamen haud passim usitatum,  
cum impetrare, ut acciperet, ne quiuis sent, clam  
Ingolstadium transmisere. Quod protinus ut ille  
resciuit, causis, cur refutaret, allatis, (opinor ne vi-  
deretur Euangeliū nundinari, & aliquam Hæ-  
reticis ansam offerret eius ministerium vituperā-  
di) quam uis Collegiorum summæ inuitarent, &  
urgerent angustiæ, ut missa à Domino benedi-  
ctione vteretur, ad largitores omnem remisit: &  
auxit non nulla argenti iactura benevolentia o-  
pes; nominisque boni quod melius est, quam di- *Eccles. 22.*  
uitiæ multæ, vestigal.

Dilingam ex itinere delatus Augustanum re- *Cardinalis*  
perit Cardinalem in eam penitus cogitationem *Augustani*  
ingressum, ut cōditum ab se Dilingæ Collegium *mira in eum*  
in Societatem transcriberet. Nec præterire fas est  
optimi Cardinalis raram pietatem. Exceptum  
hospitem non modò omni honore, ac benigni-  
tate tractauit, sed etiam voluit, vel inuito mani-  
bus suis lauare pedes. Meminerat nimirum vo-  
cem